

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI SIXTI PAPÆ QVINTI. CONSTITVTIO.

*Contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum
collatione peccantes.*



SANCTVM & salutare sacri ordinis sacramentum ab ipso Domino & Salvatore nostro Iesu Christo institutum, beatisq; Apostolis & eorum legitimis successoribus singulari diuine bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam salutemq; animarum sancte ac religiose administrari debet, ut quæ vel ex typo & figura veteris legis vel alias ex multa sanctorum Patrum providencia, circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per sacros Canones, vel Apostolicas constitutiones aut generalium conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolate obseruentur. Nam si in veteri testamento tam multa de integritate & munitia Sacerdotum & ministrorum Altaris, deq; eorum præstantia & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercitum est: certe multo maior ratio & diligentia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam presbyteris, qui ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi constituuntur: prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis ac simul sanctorum Patrum statutis sæpissime traditum est. Quare nos pro eo quæ nobis a Domino iniuncta est cunctarum Ecclesiarum cura & sollicitudine ipsos Pastores Ecclesiarum, quorum proprium munus est personas idoneas Clericali militiæ ascribere, & ad minores maioresq; ordines rite promouere, auctoritate nostra duximus admonendos, ut in exequendo hac in parte suo Pastoralis officio attentius posthac inuigilent, canonicas sanctiones ut patet obseruent, ac ut nemini detur offensionis occasio, ne eorum ministerium vituperetur studeant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ ex vitiosa & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

manu subscriptis & sigillo personarum indigne Ecclesiasticarum constitutarum ob signatis eandem si de
in iudicio & extra illud adhiberi, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostē-
sæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, declaratio-
nis, priuationis, reservationum inhibitionis, volūtatum, decretorum & mandati infringere vel
ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipō-
tentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ
apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octauagesimo o-
ctauo, Nonis Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Car. Prodat.

Io. Ang. Papius.

Registrata apud Io. Angelum Secretarium.

A. De Alexijs.

*Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die vero nona mensis Ian-
uarij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Sixti diuina providentia Papa Quinti, Anno eius
Quarto, Retroscripta littera Apostolica, affixa & publicata fuerunt in valuis Basilicarum Sancti Petri in Vaticano, &
Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellarie Apostolicæ & acie Campi Flori, & mox est per nos illarum
transmissum Lucium & Pompeum Guerram S. D. N. Papa Cursores.*

Alex. Paraulachus Mag. Curs.